

# *Legio Mariae*

## ORATIONES INTRODUCTORIAE

In nōmine Patris et Filio et Spíritus Sancti.

**Amen.**

Veni Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium, et tui arnórís in eis ignem accénde.

V. Emítte Spíritum tuum et creabúntur.

**R. Et renovábis fáciem terrae.**

### Orémus

Deus, qui univérsarn Ecclésiam tuarn in omni gente et natíone sanctíficas, in totam mundi latitúdinem Spíritus tui dona defúnde, ut, quod in ipsis evangélicae praedicationis exórdiis tua est operáta dignátio, nunc quoque per credentium corda diffúndat. Per Christum Dóminum nostrum. **Amen.**

V. Dómine lábia mea apéries.

**R. Et os meum annuntiábit laudem tuam.**

V. Deus in adjutórium meum inténde.

**R. Dómine ad adjuvándum me fesína.**

V. Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto.

**R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sáecula saeculórum. Amen.**

## ORATIONES SANCTI ROSARII:

**Salve Regína, mater misericordiae! Vita, dulcédo, et spes nostra salve! Ad te clamámus, exules filii Hevae. Ad te suspicámus, geméntes et flentes in hac lacrimárum valle. Eia ergo, advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte, et Jesum, benedictum fnlctum ventris tui nobis post hoc exílum osténde. O clemens, O pia, O dulcis Virgo María.**

V. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix

**R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.**

### Orémus

Deus, cujus Unigénitus per vitam, mortem et resurrectiórem suam nobis salutis aetérnae premia comparávit; concéde quáesumus ut haec mystéria sacratíssimo beátae Mariae Vírginis Rosário recoléntes, et imitémur quod continent, et quod promítunt assequámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. **Amen.**

V. Cor Jesu Sacratíssimum.

**R. Miserére nobis.**

V. Cor Mariae Immaculatum.

**R. Ora pro nobis.**

V. Sancte Joseph.

**R. Ora pro nobis.**

V. Sancte Joannes Evangelista

**R. Ora pro nobis.**

V. Sancte Ludovice Maria de Montfort.

**R. Ora pro nobis.**

In nomine Patris et Filio et Spiritus Sancti.

**Amen.**

## CATENA LEGIONIS

*Antiphon.* Quae est ista \* quae progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

Magni † ficat \* anima mea Dominum:

**Et exsultavit spiritus meus \* in Deo salutari meo.**

Quia respexit humilitatem ancillae suae; \* ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

**Quia fecit mihi magna qui potens est \* et sanctum nomen eius.**

Et misericordia eius a progenie in progenies \* timentibus eum.

**Fecit potentiam in brachio suo: \* dispersit superbos mente cordis sui.**

Deposuit potentes de sede, \* et exaltavit humiles.

**Esurientes implavit bonis: \* et divites dimisit inanes.**

Suscipit Israël puerum suum, \* recordatus misericordiae suae.

**Sicut locutus est ad patres nostros, \* Abraham, et semini eius in saecula.**

Gloria Patri et Filio, \* et Spiritui Sancto.

*Antiphon.* Quae est ista \* quae progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

V. Maria sine labe concepta.

**R. Pro nobis ad te recurrentibus ora.**

## Oremus

Domine Iesu Christe, noster apud Patrem mediator, qui beatissimam Virginem matrem tuam, matrem quoque nostram et apud te mediatorem constitutum dignatus es: concorde propitiis; ut quisquis ad te beneficia petiturus accesserit cuncta se per earn impetrasset laetetur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

## ORATIONES FINALES

In nōmine Patris et Fílio et Spíritus Sanctí.

**Amen.**

Sub tuum praeſídium confúgimus, Sancta Dei Génitrix; noſtras deprecatiōnes ne  
despícias in necessitatibus noſtriſ, ſed a periculis cunctis libera nos ſemper, Virgo  
glorióſa et benedicta.

V. María Immaculáta, Mediátrix omnium gratiárum (*vel invocatur patrona Praeſidii*)

**R. Ora pro nobis.**

V. Sancte Michaël et Sancte Gábel.

**R. Orate pro nobis.**

V. Omnes Poténtiae cælēſtes, Maríae Légio angelórum.

**R. Orate pro nobis.**

V. Sancte Joánne Baptíſta.

**R. Ora pro nobis.**

V. Sancti Petre et Paule.

**R. Orate pro nobis.**

Confer Dómine nobis ſub vexillo Maríae militántibus illam plenitúdinem fidei in te  
et fiduciae in eam cui concéditur sáeculum víncere. Fidem dona nobis vivam, caritáte  
animátam, quae effíciat ut ómnia puri amóris tui cauſa agámus atque ſemper te in  
próximo noſtro videámus et servámus; fidem autem ſtábilem firmámque ut ſaxum  
qua in vitæ crúcibus, labóribus atque falláciis quiéti perseverémus; fidem etiam  
fortem qua magna ad glóriam Tuam, ad ſalútem quoque animárum, audácter  
ſuscipiénda et exsequénda nobis inspíret; fidem déniue qua Legiónis noſtræ futúra  
ſit Colúmna ignis - qua nos concórdes ducat - qua ignes divíni amóris ubique  
incéndat - qua eos qui in ténebris et mortis umbra labórant illuminet - qua tépidos  
accéndat - qua eos ad vitam redúcat qui in peccáto mórtui ſunt; qua gressus noſtrós  
in via pacis agat; ita ut - perácto próelio - Légio noſtra nullo amíſſo in unum rédeat  
in regno Tui amóris et glóriæ. Amen.